Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster





Adhuc montem intra ecclesiam nunc per aliquos gradus
ascenditur et extra ecclesiam per altos gradus quondam
ad eum ascendebatur sed ipsa ianua ab intra nunc est
obstructa. Hic mons est rupis durissima et sub
montem est capella nubianorum rupe et petra
excissa. Super montem caluarie ecclesie est capella
ad quam ab intra ascenditur ut dixi et in loco quo
crucifixus erat ihesus est foramen quo crux erat
imposita et scissure rupis et petre tempore passionis
xpi facte adhuc pt̄z euident. In eadem capella
sepulti sunt ecclesie illi gloriosi principes Godefridus
dux de bolim et baldewinus suus frater firmi reges
ierusalem xpiani qui terram sanctam cum maximis labori
bus acquisierunt et potenter recuperauerunt et possi
derunt et sarracenis inestimabilia dona intule
runt et xpianitati quam plurima bona fecerunt. Et bene
mirandum est quod sarraceni sepulchra et corpora
eorum intacta tam honorifice quiescere permittunt
qui eis tot et tanta mala intulerunt et ipsis
uniuersam terram sanctam abstulerunt. Nam in lum
bardia in descencione xpianus alterius cadauer putridum
eicit ante canes. Idem gloriosi principes constituerunt
quod nullus rex ierusalem coronam auream portare de
beat sed spineam coronam quod successores eorum obseruant